



met sc̄i eūg sc̄dm ioh. In illi tēpr Dix̄ ih̄s discipulis suis; Ego sū  
met sc̄i eūg sc̄dm lucā. In illo tēpr. Dix̄ ih̄s bonus.  
discipulis suis similitudinē hanc; Exiit qui semināt. seminare  
semen suum.

met sc̄i eūg sc̄dm m̄x̄. In illi tēpr. Ductus ē ih̄s in desertū aspū.  
ut tēptaretur a diabolo.

met sc̄i eūg sc̄dm lucā. In illi tēpr. Designauit dñs & alios sep  
tuaginta duos. & misit illos binos ante faciem suā in omnē ciui  
tatē & locū in quo erat ipse uenturus.

met sc̄i eūg sc̄dm ioh. In illi tēpr. dix̄ ih̄s turbis; Quis ex uobis  
arguit me de peccato.

met sc̄i eūg sc̄dm m̄x̄. In illi tēpr dix̄ ih̄s discipulis suis. Simile  
est regnū celoz homini patri familias.

met sc̄i eūg sc̄dm lucā. Anno quinto decimo imperii tyberii  
cesaris procurante poncio pilato iudeam.

EXPLICIUNT CAPITULA DE DIUERSIS LECTIIONIBUS.

probacio

lectio sc̄i eūg sc̄dm lucam

# NILLO TEMPORE

diuine disciplinæ.

Et erunt signa in sole & luna & stellis: & in terris presura-  
gentium: preconfusione sonitus maris & fluctuum:  
arescentibus hominibus: timore & expectatione: que  
supruent uniuerso orbi; Nam uirtutes celorum mo-  
uebuntur: Et tunc uidebunt filium hominis uenientem  
in nube: cum potestate magna & maiestate; his autem fieri  
incipientibus: respicite & leuate capita u<sup>ra</sup> quoad p-  
pinquat redemptio u<sup>ra</sup>; Et dixit illis similitudinem: Vide-  
te ficulneam & omnes arbores cum producant iam esse fru-  
ctum: scitis quia prope est escas; Ita & uos cum uideritis hæc fi-  
eri: scitote: quomodo prope est regnum dei; Nam dico uobis: quia non  
peribit generatio hæc: donec omnia fiant; Celum & terra  
transibunt: uerba autem mea non transibunt;

## *In melia beati gregori pape secunde lectione*

**D**ixit ac redemptor n<sup>r</sup> paratos nos in uenire desiderans:  
senescentem mundum quem mala sequantur denuntians: ut nos  
ab ei amore cōpescat. Adpropinquante ei terminum quantæ p-  
cussiones puenit innotescit: ut scdm me tuere nolimus in  
tranquillitate uicini ei iudicium uel pcussionibus: ac terri timeam;  
hinc & eni scilicet lectioni euangelii quam modo u<sup>ra</sup> fraternitas audi-  
uit: paulo superius dñs p̄misit dicens; Exsurgat gens contra  
gentem: & regnum aduersus regnum: & erunt terremotus magni  
plocas pestilentie & fames; Et quibusdam interpositis hoc quod  
modo audistis adiunxit; Et erunt signa in sole: & luna & stellis.



& interris presura gentiū p̄ confusione sonitus maris & fluctuum;  
Et quibus p̄fecto omnib: alia iā facta cernimus. alia e proximo  
uentura formidamus; Nā gentē sup̄gentē exsurgere earūq̄  
presurā terris insistere plus iā in n̄ris tribulationib: quā  
in codicibus legimus; Quod terremotus urbes innumeras  
subruat. ex aliis mundi partib. scitis quā frequentē audiui-  
mus. pestilentias sine cessatione patimur. Signa uero in so-  
le & luna & stellis adhuc aperte minime uidimus. Sed quia  
& haec non longe sint ex ipsa iā aeris immutatione colledi-  
mus. quāuis prius quā Italia gentili gladio ferienda trade-  
retur igneas in celo acies uidimus ipsū qui postea humani  
generis fusus ē sanguinē coruscantē; Confusio autē maris  
& fluctuum. necdū noua exorta sed cū multa iā prenun-  
tata cōpleta sunt. dubium non ē quod sequant̄ iam pauca  
quae restant. quia sequentium rerū certitudo ē p̄teritarū  
exhibitio; haec nos fr̄skm̄ idcirco dicim̄ ut ad cautele  
studium ur̄e mentes euigilent. ne securitate torpeant. ne ig-  
norantia languescant. sed eas semp̄ & timor sollicitē. & in bo-  
no opere sollicitudo confirmet. Pensantes hoc quod redēpto-  
ris n̄ri uoce subiungit̄; Arescentibus hominib. p̄ timore & ex-  
pectatione. quae sup̄uenient in uniuerso mundo; Nā uirtutes  
celorū mouebunt̄; Quidenī dñs uirtutes celorū nisi angelos.  
archangelos. thronos. dominationes. principatus & potestates  
appellat. quae in aduentu districti iudicis n̄ri tunc oculis ui-  
sibilit̄ apparent. ut districte tunc a nobis exigant. hoc quod  
nos modo inuisibilis conditor. equanimiter portat. ubi &

subditur; Et tunc uidebunt filiū hominis ueniētē in nubibus:  
cū potestate magna & maiestate; Ac si aperte diceret; In potestate  
& maiestate uisurisunt. quē in humilitate positū audire noluerūt.  
ut uirtutē ei tanto tunc districtius sentiant. quanto nunc cerui-  
gen cordis ad ei patientiā non inclinant; Sed quia hec contra  
reprobos dicta sunt. mox ad electorū consolationē uerba uer-  
tuntur; Nā subditur; His autē fieri incipientib. respicite & le-  
uate capita uŕa: quō appropinquabit redēptio uŕa; Ac si apte  
ueritas electos suos ammoneat dicens; Cū plage mundi crebre  
seunt. cū terror iudicii uirtutib. cōmotis ostendit; leuate uos  
capita id est exhilarate corda quia dū finit mundus cui amici  
non estis ppe fit redemptio quā queſistis; In scriptura & enī  
sacra sepe caput p mente ponitur. quia sicut capite regunt  
membra. ita cogitationes mente disponunt; Leuare itaq. ē  
capita mentes nŕas ad gaudia patrię celestis erigere; Qui ergo  
dñm diligunt. ex mundi fine gaudere atq. hilarescere iubent.  
Quia uidelicet eū quē amant mox inueniunt. dū transiſt. quē  
non amauerūt; Absit enī nefidelis quisq. quidē uidere desi-  
derat. de mundi pessionib. lugeat. quē finiri ei idē suis pessi-  
onib. non ignorat; Scriptū namq. ē. qui cūq. uoluerit amicus  
esse huius seculi inimicus dī constituit; Qui ergo appropinquante  
mundi fine n̄ gaudet. amicū se illius esse testat. atq. p hoc in-  
amicus dī esse conuincit. sed absit hoc a fidelium cordib. absit ab his  
qui & esse aliā uitā p fidē credunt. & eam p operationē diligunt.  
ex mundi enī destructione eorū lugere ē. qui radices cordis  
in eius amore plantauerūt. qui sequentē uitā non querunt.

qui illā neq. esse <sup>suffragantur.</sup> Nos autē qui celestis patrię gaudia  
aeterna cogno uimus. festinare ad ea quantocius debemus.  
Optandū nobis ē citius p̄gere. atq. ad illa uia breuore puenire.  
quibus enī malis n̄ mundus urget. que nostrificia que auer  
sitas n̄ angustat. Quid est uita mortalis nisi uix & quale sit fr̄s  
mei perpendite in labore uie lascessere. & tamen eandē uia  
nolle finire; Quod autē calcari mundus atq. despici debet.  
redēptor n̄r prouida cōparatione manifestat. cū protinus  
adiungit; Videte ficulneā & om̄s arbores cū p̄ducunt iā ex  
se fructū. scitis quōppe ē estas; Ita & uos cū uideritis hec fi  
eri. scitote quōppe ē regnū dī; Ap̄te dicens; quia sicut ex  
fructu arborū uicina estas agnoscit. ita ex ruina mundi  
prope esse cognoscit regnū dī; Quibus p̄fecto uerbis often  
ditur quia fructus mundi ruina ē. Ad hoc enī crescit ut cadat.  
ad hoc enī germinat. ut queq. germinauerit. cladibus con  
sumat; Bene autē regnū dī estati cōparat. quia tunc merorū n̄r  
nebule transeunt. & uite dies aeterni solis claritate fulgescunt.  
que om̄a sub magna certitudine confirman̄t. cū sententia  
subiungit̄ quadiicit; Am̄ dico uobis. quō n̄ p̄teribit generatio  
hęc. donec om̄a fiant; Celū & terra transibunt. uerba autē  
mea non transient; Nihil enī in rerū corporaliū natura  
celo & terra durabilius. & nihil rerū in natura tam uelocit̄  
quā sermo transit; uerba enī quousq. in p̄fecta sunt. uerba n̄  
sunt; Cū uero p̄fecta fuerint omnino iā non sunt. quia nec p̄fi  
ci nisi transiendo possunt; At ergo; Celū & terra transibunt.  
uerba autē mea n̄ transient; Ac si aperte dixit; Omne qd̄ apud

4  
uos durable est. sine immutatione durable non ē ad æternita  
tē. & omne quod apud me transire cernitis fixum & sine tran  
situ tenet. quia sine mutabilitate manentes sententias expri  
mit meus sermo qui transit; & ecce fr̄s mei iā cernimus quod  
audiebamus nouis cotidie & crescentibus malis mundus ur  
getur ex illa plebe innumera quanti remanseritis aspiciatis.  
& tamen adhuc cotidie flagella urguent repentini casus op  
primunt noue nos & inuisse clades affligunt. Sicut enī in  
iuuentute uigēt corpus. forte & incolome manēt pectus.  
torosa ceruix plena sunt brachia mannis autē senilib; scatura  
curuat ceruix & sic cata deponit frequentib; suspiris spect  
urgetur. uirtus deficit. loquentis uerba anhelitus intercedit.  
nā & si languor deficit plerumq; senib; ipsa sua salus egritudo ē.  
ita mundus mannis priorib; uelut in iuuentute uiguit  
ad propagandū humani generis prolem robustus fuit. salute  
corporū uiridis. opulencia rerū pinguis. atq; nunc ipsa sua  
senectute deprimitur. & quasi ad uicinā mortē molestus  
crescentib; urgetur; Nolite ergo fr̄s mei diligere quē uidistis  
diu stare n̄ posse. p̄cepta apostolica manū ponite. quib;  
ammonēt dicens; Nolite diligere mundū neq; ea quę in mun  
do sunt. quia si quis diligit mundū. non ē caritas patris in eo;  
Nudus tertius agnouistis fr̄s. qđ subita turbine annosa  
arbusta eruta. destructa domus atq; ecclesie a fundamentis  
euerse sunt. quanti ad uesperū sani atq; incolomes acturos  
se in crastinū aliquid putabant. & tamen nocte eadem repen  
tina morte defuncti sunt. in laqueo ruine deprehensi;

Sed considerandū nobis ē quod adhuc agenda inuisibilis iudex  
uenti tenuissimi spm mouit. unius pcellā nubes excitauit.  
& terrā subruit. casura tot edificiorū fundamenta concussit;  
Quid ergo iudex iste facturū ē cū p se metipsū uenerit. &  
inultionē peccatorū ira ei exarsert. si portari non potest.  
cū nos ptenuissimā nubē ferit. in ira ei p̄sentia que caro  
subsistit. uentū mouit & terrā subruit. concitauit aera  
& tot edificia destruit. hanc distinctionē uenturi iudi  
cis paulus considerans ait; horrendū ē incedere in manus  
dī uiuentis; hanc psalmista exprimit dicens; Ds manifes  
tus uenit. dī n̄r & non silebit; Ignis in conspectu ei arde  
bit. & in circuitu ei tēpestas ualida; Distinctionē quippe  
tantę iustitię tempestas ignisq. comitant. quia tēpestas  
examinat. quos ignis exurat; Illū ergo diē fr̄s km̄i illū  
ante oculos ponite. & quicquid modo graue credit. in ei  
cōparatione leuigat; De illo & enī die p̄ prophētā dicit.  
Iuxta ē dies dñi magnus iuxta & uelox nimis uox diei  
dñi amara tribulabit ibi fortis. dies ire dies illa. dies tri  
bulationis & angustię. dies calamitatis & miserie. dies  
tenebrarū & caliginis. dies nebulę & turbinis dies tube  
& clangoris; De hac die dñs iterū p̄ prophētā dicit; Ad  
huc semel & ego mouebo non solū terrā sed etiā celū.  
Ecce ut p̄ diximus aera mouit. & terra non subsistit.  
Quis ergo ferat cū celū mouebit. unde considerare  
necesse ē quia ab illa tribulatione ultima tantū sunt  
tribulationes iste dissimiles. quantū a potentia



5  
iudicis psona p̄conis distat; Illū ergo diem fr̄s k̄m̄i tota inten-  
tione cogitate. uitā corrigite. mores mutate. malatemp-  
tantia resistendo uincite. p̄petrata aut̄ fletibus punite;  
Ad uentum nāq; aeterni iudicis tanto securiores quandoq;  
uidebitis. quanto nunc districtiōē timendo illius. p̄uenitis;

## LECTIO SCI EUŒ SEDNI LUCAM

**I**psū tēp̄r. Adsumpsit ih̄c x̄i discipulos suos. & ait illis; Ecce  
ascendimus hierosolimā & consumabunt̄ om̄a que scripta sunt  
p̄ prophetas de filio hominis;

**R**edemptor n̄r p̄uidens exp̄s **LECTIO NIS EIUŒDEM**  
sione sua discipulorū animos p̄turbandos. eis

longe ante & eius dē passionis penā & resurrectionis sue gl̄am  
p̄dicat. ut cū morientē sicut p̄dic̄ tū ess̄ & cernerent. & iam  
resurrecturū n̄ dubitarent; Sed quia carnales adhuc discipuli  
nullomodo ualebant capere uerba mysterii. uenit̄ admira-  
culū ante eorū oculos cecus lum̄ recepit. ut qui celestis myste-  
rii uerba non caperent. eos ad fidē celestia facta solidarent;  
Sed miracula d̄ni & saluatoris n̄ri sic accipienda sunt fr̄s mei. ut  
& in ueritate credant̄ facta. & tam̄ p̄significationē nobis aliquid  
innuant; Opera quippe ei & p̄potentiā aliquid ostendunt. &  
p̄ mysteriū aliud loquunt̄; Ecce enī quis iuxta historiā cecus  
iste fuerit ignorat̄. <sup>mus</sup> sed tam̄ quē p̄ mysteriū significat̄ nouim̄;  
Cecū quippe ē genus humanū. quod in parente primo a para-  
disi gaudis expulsū claritatē sup̄ne lucis ignorans. damnatio-  
nis sue tenebras patit̄. sed tam̄ p̄ redemptoris sui p̄sentiā  
inluminat̄. ut interne lucis gaudia iā p̄ desideriū uideat.

atq; muta uite boni operis gressus ponat; Notandū uero ē qđ cū  
 iñe hiericho appropinquare dicit̃. cecus illuminat̃; hiericho quip  
 pe interpretatur luna; luna aut̃ in sacro eloquio p defectu ponit̃  
 carnis. quia dū mensuris momentis decrescit. defectū nr̃e mor  
 talitatis designat; Dū igit̃ conditor nr̃ adppinquat hiericho  
 cecus ad lum̃ redit. quia dū diuinitas defectū nr̃e carnis sus  
 cepit. humanū genus lumen qđ amiserat recepit; unde enī  
 d̃s humana patit̃. inde homo ad diuina subleuat̃; Qui uideli  
 c̃ cecus recte & iuxta uiā sedere & mendicans ēē describit̃.  
 ipsa enī ueritas dicit. ego sū uia; Qui ergo æternę lucis clari  
 tatē nescit. cecus ē. Sed si iā in redēptorē credit. iuxta uiā sedet̃.  
 Si aut̃ iā credit. sed ut eternā lucē recipiat rogare dissimulat.  
 atq; a precib. cessat. cecus quidē iuxta uiā sedet. sed minime  
 mendicat; Si uero credit & exorat. & iuxta uiā sedet & cecus & men  
 dicat; Quisquis ergo cecitatis suę tenebras agnoscat. quisquis  
 hoc qđ sibi de ē lum̃ æternitatis intellegit. clamet & medullis  
 cordis. clamet uocib. mentis dicens; I hū fili dauid. miserere  
 mei; Sed quid clamante ceco subiungit̃ audiamus; Et qui pre  
 ibant increpabant eū ut taceret; Quid aut̃ isti designant. qui  
 ihm uenientē pcedunt. nisi desideriorū carnalium turbas  
 tumultusq; uitiorū. qui prius quā ihs ad cor nr̃m ueniat.  
 tēptationib. suis cogitationē nr̃am dissipant. & uoces cordis  
 in oratione pturbant; Sepe nāq; dū conuertia ad d̃m posse per  
 petrata uicia uolum̃. dū contrahat eadē exorare uitia que p  
 petrauimus conamur. occurrunt cordi fantasmata pecca  
 torū que fecimus. mentis nr̃e aciem reuerberant. confun

6

dunt animū & uocē nr̄e deprecationis p̄munt; qui p̄ibant ergo  
increpabant eū ut taceret; Quia prius quā ih̄s ad cor ueniat mala  
que fecimus cogitationi nr̄e suis i maginibus inlisa in ipsos  
nr̄a oratione conturbant; Sed quid adhuc inluminandus cecus  
fecit audiamus; Sequit̄; Ipse uero magis clamabat. fili dauid  
miserere mei; Ecce quē turba increpat ut taceat. magis ac  
magis clamabat. quia quanto grauiori tumultu cogitationū  
carnaliū p̄mimur. tanto orationi insistere. ardentius debe  
mus; Contra dicit. turba ne clamemus. quia peccatorū nr̄orū  
fantasmata plerūq; & in oratione patimur; Sed nimirū ne  
cesse ē ut uox cordis nr̄i quo durius repellit. ualentius in  
sistat. quatenus cogitationis inlicite tumultū superet.  
atq; ad pias aures dñi nimietate sue inportunitatis erūpat;  
In se ut suspicor recognoscit unusquisq; qđ dicim; Quia  
dū ab hoc mundo animū addm̄ motam. dū ad orationis opus  
conuertimur. ipsa que prius delectabilē gessimus inpor  
tuna post & grauiora in oratione nr̄a toleramus. uix eorū  
cogitatio manu sc̄i desiderii ab oculis cordis abigit. uix eorū  
fantasmata p̄ penitentię lamenta superant; sed cū in ora  
tione nr̄a uehementē insistim. transeuntē ih̄m figimus;  
Unde illic subdit; Stans autē ih̄s. iussit eū adduci ad se; Ecce  
stat qui ante transibat. quia dū adhuc turbas fantasmātū  
in oratione patimur. ih̄m aliquatenus transeuntē sentim;  
cū uero orationi uehementē insistimus. stat ih̄s ut lucē resti  
tuit. quia d̄s in corde figit. & lux amissa reparat; Qua tam  
in te & aliud aliquid nobis dñs innotuit. quod intellegi de hu

manitate illius ac diuinitate utilitē possit; Clamantē & enī cecū  
transiens ih̄s audiuit. sed stans miraculū inluminatiōis ex  
hibuit. Transire nāq; humanitatis ē. stare diuinitatis; phuma  
nitatē quippe habuit. nasci. crescere. mori. resurgere. de loco  
ad locū uenire; quia ergo in diuinitate mutabilitas non ē.  
atq; hoc ipsū mutari transire ē. p̄fecto iste transitus ex carne ē  
non ex diuinitate; p̄ diuinitatē uero ei semp stare ē. quia ubiq;  
p̄sens nec p̄ motū uenit nec p̄ motū redit; Cecū igit̄ clamantē  
dñs transiens audiuit. stans illuminat. qui a phumanitatē suā  
uocibus nr̄a cecitatis compatiendo misertus ē. sed lumen no  
bis gratiē p̄ diuinitatis potentiā infudit; & notandū quod ceco  
uenienti dicat; Quid tibi uis faciā. nūquid qui lum̄ reddere  
poterat. qui duell̄ & cecus ignorabat. sed ut peti uult hoc qd̄ &  
nos petere & se concedere p̄ noscit. in portune. nāq; ad oratio  
nē nos ammonē & tam̄ dicit; Scit nāq; pat̄ ur̄ quid op̄ussit uo  
bis ante quā p̄ccatis eū. Ad hoc ergo requirit ut petat̄. ad hoc re  
quirit ut cor adorationē excitet; Unde & cecus p̄tinus subiun  
git; Dñe ut uideā. Ecce cecus ad dño nec aurū sed lucē querit.  
par uipendat̄. extra lucē aliquid querere; Quia nisi habere  
cecus quodlibet potest. sine luce n̄ potest uidere qd̄ habet;  
Imitemur ergo fr̄s km̄i eū quē & corpore audim̄ & mente  
saluatū. n̄ falsas diuitias. n̄ terrena dona n̄ fugitiuos hono  
res ad dño. sed lucē queram̄. nec lucē que loco claudit̄. que  
tēpore finit̄. que noctiū interruptione uariat̄. que a nob̄  
cōmuniter cū pecorib. cernit̄. sed lucē queram̄ quā uide  
re cū solis angelis possimus. quā nec initiū inchoat. nec

6. 8  
finis angustat; Ad quā pfecto lucē uia fides ē; Unde recte  
& inluminando ceco p̄tinus subrespondet; Respice fide sua  
te saluum fecit; Sed adhuc cogitatio carnalis dicit; Quomodo  
possū lucē spiritālē querere quā uidere n̄ possū; Unde mihi  
certū ē sicut quecor poris oculis n̄ infulget. cui scilicet cogi-  
tatione qd̄ breuiter quisq; respondet. quia & hac ipsa  
quesentit n̄ p̄ corpus sed p̄ animā cogitat. & nemo suā ani-  
mam uidet. nec tam sed dubitat animā habere quā non ui-  
dat. ex inuisibili anima uisibile regit̄ corpus; Si auferat̄  
quod ē inuisibile. p̄tinus corrumpit hoc qd̄ uisibile stare uide-  
bat; ex inuisibili ergo substantia in hac uita uisibili uiuit̄  
& esse uita inuisibilis dubitat. sed iā petenti ceco quid fac-  
tū est quid ipse fecit audeamus; sequit̄; Confestim uidit.  
& sequebat̄ eū; uidet & sequit̄. qui bonū quod intellegit  
operatur. uidet aut̄ sed n̄ sequit̄. qui bonū quidem intel-  
legit. sed bona opera contēpnit; Si ergo fr̄s km̄i cecitate  
iā nr̄e peregrinationis agnoscim̄. si credendo in redēp-  
toris nr̄i mysteriū iuxta uia sedemus. Si exorando coti-  
die ab auctore nr̄o lucē petimus. sic andē lucē iam p̄  
intellectū uidendo inluminati post cecitate sumim̄.  
ih̄m quē mente cernimus opere sequamur; Aspiciam̄  
qua gradit̄ & eius uestigia imitando teneamus; Ih̄m enim  
sequit̄ qui imitat̄; hinc nāq; dicit. sequere me. Idem  
mortuos sepelire mortuos suos. sequere enī dicit̄ imita-  
re; Hinc rursū ammonet̄ dicens; Si quis mihi ministrat.  
me sequat̄; Considerem̄ ergo qua gradit̄ ut sequimur

amur; Ecce cū sit dñs & creator angelorū suscepturus naturā nrām  
quā condidit in uterū uirginis uenit nascitām in hoc mundo p̄  
uites noluit. parentes pauperes elegit. unde & agnus qui p̄ illo  
offerret̄ defuit. columbarū pullus & par turturū ad sacrificiū  
mater inuenit. p̄ sperare in mundo noluit obp̄bria inrisionesq̄  
colerauit sp̄ta flagella a lapas spineā coronā crucē sustinuit.  
& quia rerū corporaliū delectatione a gaudio interno cecidim⁹.  
cū qua amaritū dine illuc redect̄ ostendit; Quid itaq̄ homo p̄ se  
pati debet. sit tanta d̄s p̄ hominib. ptulit. Qui ergo iā in xp̄o credi  
dit. sed adhuc auaritię lucra sectat̄. in sup̄bia honoris extollit̄.  
inuidię facib. inardescit. Libidinis sē in munditia polluit. p̄ spera  
que in mundo sunt concupiscit. ih̄m in quo credit sequi contēp  
nit; diuerso quippe itinere ambulat si gaudia delectationesq̄  
appetit. Cui dux suus uia amaritudinis ostendit; Reuocem̄ ergo  
ante oculos peccata que fecim⁹. considerem⁹ quā terribilis iudex  
hec puniturus adueniat mentē forme mus ad laudē uitā nrā  
ad tēpus amarescat in penitentia ne æternā amaritudinē sentiat  
in mundicia; p̄ fletus quippe ad gaudia ducimur ueritate polli  
cente queat; Beati qui lugent nunc. quō ipsi consolabuntur.  
Ad fletū uero puenit̄ p̄ gaudia hac eadē ueritate attestante  
queat; Ne uobis qui ridetis nunc. quia lugebitis; Si ergo retri  
butionis gaudiū in p̄ uentione queramus. penitentię amaritu  
dinē in uia teneamus. Sicq̄ fit ut n̄ solū nrā uita in dō p̄ficiat.  
sed hec ipsa nrā conuersio ad laudē d̄i talios accendat; unde  
illic subdit; Et om̄is plebs ut uidit. dedit laudem dō;

18  
In illis temporibus. Loquente inu ad turbas ecce mater eius & fratres  
stabant foris. querentes loqui ei; *O melius*

*beati gregorii pape de eadem lectione*

**S**cilicet euangelii fratrum huiusmodi breuius est lectio  
recitata. Sed magnis inferiorum ponderibus grauida;  
Iesus & enim conditor & redemptor nostrae matrem se nosse dissimu-  
lat. & quae mater eius sit. qui propinquus non per cognationem carnis. sed  
per coniunctionem spiritus designat dicens; Quae est mater mea? qui  
sunt fratres mei? quicumque fecerit uoluntatem patris mei qui in cae-  
lis est. ipse meus frater. soror. & mater est; Quibus nobis uerbis  
quid aliud innotuit. nisi quod obsequentes iussionibus suis mul-  
tos ex gentilitate collegit. & uideam ex cuius carne est genus  
non agnoscit. Unde & mater eius cum quasi non agnoscitur for-  
is stare prohibet. quia uidelicet in synagoga idcirco ab auctore  
suo non recognoscitur quia legis obseruationem tenens spirita-  
lem intellectum perdidit. & sese ad custodiam litterarum foris fixit;  
sed cum is qui uoluntatem patris fecerit soror & frater domini dicitur.  
Propter utrumque seruum qui ad fidem colligitur mirum non est. miran-  
dum uero est ualde. quomodo & iam mater dicatur; Fideles enim  
discipulos fratres uocare dignatus est dicens; Ite nunciate fratribus meis;  
Qui ergo frater domini fieri ad fidem ueniendo potuerit. querendum est  
quomodo esse & iam mater possit; Sed sciendum nobis quia qui christi  
frater & soror est credendo mater efficitur predicando; quasi enim perit dicitur  
quae cordi audientis infuderit. & mater eius efficitur. si per eius uocem  
amor domini in proximo mente generatur; Ad quam rem nobis idonee  
confirmanda ad beatam felicitas cuius hodie natalitia cele-

bramus. que credendo extitit ancilla xpi & pdicando facta e  
mater xpi; Septe quippe filios sicut in gestis ei emendationib.  
legit sic post se timuit uiuos in carne relinquere. sicut carna  
les parentes solent metuere ne mortuos pmittant; In psecu  
tionis eni labore deprensas filioru corda in amore supne patrie  
pdicando roborauit. & parturiuit spu quos carne pepererat.  
ut pdicatione pareret do. quos carne pepererat mundo; Con  
siderate frs km in femineo corpore uirile pectus. ad mortem  
stetit. in pterrita. amittere se in filius lum ueritatis timuit  
si non fuisset orbata; Nu quid ego hanc feminam martyrem dix  
erim. certe dñs cu de iohanne loqueret dic; Quid existis  
uidere in deserto. pphetam utiq. dico uobis. & plus quam ppheta;  
Et iohannes ipse requisitus respondit dicens; Non sum ppheta;  
Quia eni se plus quam pphetam nouerat. esse se pphetam negabat.  
Qui idcirco plus quam ppheta dicit. quia pphete e officiu uen  
tura pnunciare. n etia ostendere; Iohannes uero plus quam  
ppheta e. quia que uerbo dix. digito ostendit; Non ergo hanc  
feminam martyrem sed plus quam martirem dixerim. que septe  
pignorib. ad regnu pmissis. totiens ante se mortua ad pe  
nas prima uenit. sed puenit octaua; Aspexit mat & cruciata  
& in pterrita filioru mortem. spei gaudio deluit. dolore nature.  
timuit uiuentib. gauisa morientib. obtulit nullu post se re  
linquere. ne si que haberet supstatem. non posset habere consor  
tem; Nemo ergo ex uobis frs km existimat quod ei cor mo  
rientib. filius etiam carnalis affectus minime pulsauit.  
Neq. eni filios quos carne sua esse nouerat. sine dolore



poterat morientes uidere. Sederat uis amoris interior que dolo-  
re uinceret carnis, unde & passuro petro dicit; Cū senueris.  
extendes manus tuas. & alius te cingat. & ducat quo non uis;  
Neq; enī si plenissime petrus nolle & p̄p̄opati potuisset. sed  
martyriū qđ p̄ infirmitatē carnis noluit p̄ uirtutē sp̄s̄ amauit.  
quidū p̄ carnē ad penas trepidat. p̄ sp̄m ad gloriā exultat;  
Actū ē ut cruciatū martyrii nolendo uoluisset. sicut nos qđ  
cū gaudiō querim⁹ salutis amarū poculū sumimus purgatio-  
nis; amaritudo quidē in poculo displicet. sed reseranda p̄  
amaritudinē salus placet; Amavit ergo iuxta carnē felicitas  
filios. sed p̄ amore cælestis patrię mori corā se uoluit quos  
amavit. ipsā eorū uulnera accepit. sed ipsā in eis ad regnū pue-  
nientib. excreuit; Recte ergo hanc feminā ultra matrē  
dixerim. que & totiens in filis & desiderabiliter exancta dū  
multiplex martyriū obtinuit. ipsā quoq; martyrii palmā uicit;  
fertur apud ueteres mos fuisse ut quisquis consul existeret iuxta  
ordinē tēporū honoris sui locū teneret; at si quis posterius ad  
consulatū ueniens consul n̄ semel sed bis fortasse aut tertio  
fieret. etiā illos laude & honore transcenderet qui n̄ plus quā  
semel consules extitissent; uicit ergo beata felicitas marty-  
res que tot ante se morientib. filis p̄ x̄po frequentē occubuit.  
quia & amor illius sola sua mors minime sufficit; Conside-  
remus fr̄s hanc feminā consideremus nos qui membris cor-  
poris uiri sum⁹. in eius conparatione quid existimabimur.  
Sepe nāq; agenda aliqua bona pponim⁹. sed si unus contra  
nos leuissimus sermo ab ore inridentis eru perit. ab inten-  
tione

actionis nrae fracti protinus & confusi resiliimus; Ecce nos ple-  
rumq. abono opere uerba reuocant. felicitate uero asca in-  
tentione frangere ne tormenta potuerit; nos in uita male-  
dictionis impingimus; haec ad regnum etiam proferrunt exit. nihilq.  
esse quod obsistebat estimant; nos ad precepta dominica largiri  
nra saltem supflua nolimus. haec non solum deo sua substantiam  
contulit. sed pro illo etiam propria carne dedit; nos cum ex diuina ius-  
sione filios amittamus sine consolatione lugemus. haec eos  
uelut mortuos plangere & si non obtulisset. Cum ergo ad illud  
terribile examen districtus iudex uenerit. quid nos uiri  
dicem. cum eius femine gloria uiderimus.

que tunc erit uiris excusatio. quando haec ostenderet  
que cum seculo sexum uicit. Sequamur ergo fratres karissimi districta  
& aspera redemptoris uia. usum quippe uirtutum ita iam plana fac-  
ta est. ut per ea feminis liceret ambulare; despiciamus cuncta  
praesentia. nulla sint & enim que transire possunt. turpe sit dili-  
gere quod constat citius perire; non nos terrenarum rerum amor  
superet. non superbia inflat. non irae delania. non luxuria pol-  
lucet. non inuidia consumat; A more nostro fratres karissimi redemptor  
noster occubuit. & nos amore eius discamus uincere nosmet ipsos;  
quod si perfecte agimus non solum imminentes penas euadimus.  
sed communium martyrum gloria remuneramur; nam quamuis  
ocasio persecutionis deest. habet tamen & pax nostra martyrium suum.  
quia & sic arnis colla ferro non subdimus. spirituali tamen gladio  
carnalia desideria in mente trucidamus.

*lectio sancti euangelii secundum mattheum*

Mitt tepr. Misit ihs xii discipulos suos.  
precipiens eis & dicens; In uiam gentiu ne abieritis. & in ciuitates samari-  
tanoru ne intraueritis. sed potius ite ad oues que perierunt dom-  
us ist; Tunces aut pdicate dicentes. quia appropinquabit regnu ce-  
loru; Infirmos curate. mortuos suscite. leprosos mundate. de-  
mones eicite. gratis accepistis. gratis date; ET RELIQUA

**C**um con st & omnib; **Omelia beati s̄ pape**  
**fr̄ km̄. quia Decade lectione.**

redemptor nr̄ in mundu redemptione gentiu uenit. cu samari-  
tanos cotidie ad fide uocari conspiciamus. Quid e qd̄ in pdicatione  
mittens discipulos dicit. in uiam gentiu ne abieritis. In ciuitates  
samaritanoru ne intraueritis. sed potius ite ad oues dom-  
us ist que perierunt. Nisi hoc qd̄ ex facti fine collegim. quia prius soli iu-  
deę uoluit. & postmodu cunctis gentib. pdicari. ut du illa  
conuerſa uocata re nueret. pdicatores sc̄i ad uocatione  
gentiu p ordine uenirent. Quatinus redemptoris nr̄i pdicatio  
a propriis repulsa. gentiles populos quasi extraneos quereret.  
& quod iudeę fiebat in testimoniu hoc gentib. gratie esset in-  
crementu. Erant etiã tunc quide iudea uocandi essent. Ad  
gentib; uocandi non essent; Na & in aptoz actib; pdicante  
petro legim. & prius hebreoru tria milia & postea u milia  
credidisse; Et cu pdicare apli gentib; uoluissent. p sp̄m pro-  
hibiti esse memorant. & tam ipse sp̄s qui prius pdicatione  
phibuit. hanc asianoru cordib. postmodu infudit. Na diu  
est qd̄ asia cuncta iã credidit; Idcirco ergo prius phibuit.  
quod postmodu fecit. quia tunc in illa erant qui saluandi

- non erant; Tunc in illa erant. quæ ad uitã reparari merebantur. nec  
tam grauius de concepta p̄dicatione iudicari. Subtili ergo ocul  
toq. iudicio. a quorundã aurib. p̄dixatio sc̄a subtrahit. quia susci  
tarip̄graciã non merent. Unde necesse ē fr̄s k̄mi ut in omni  
qd̄ agimus omnipotentis sup̄ nos dñi consilia occulta timeam.  
Nedũ mens n̄ra exteriũs fusa se a sua uoluptate n̄ reuocat.  
intus contra eã iudex terribilit̄ aduersa disponat. Quod be  
ne psalmista intuens ait. Venite uidete opera dñi. quã terri  
bilis in consiliis sup̄ filios hominũ; Uidit nãq. qd̄ alius miseri  
cordit̄ uocat. alius iusticia exigente repellit. & quia alia  
parcendo. alia dñs irascendo disponit. expauit qd̄ penetrare  
non potuit. quẽ n̄ solũ inuestigabile. sed & iã in quibusdã suis  
sententiis inflexibile uidit. terribile in consiliis eẽ monstrauit.  
Missis aut̄ p̄dicatorib. quid p̄cipiat̄ audiam. Tunc es aut̄ p̄  
dicat. dicentes quia ad p̄p̄inquabit regnũ celorũ. Hoc iã  
fr̄s dilectissimi. & iã sic uangelicũ taceat. mundus clamatur.  
Ruine nãq. illius uoces ei sunt. qui enĩ tot acriter p̄cussio  
nibus a gloria sua cecidit. quasi iã nobis e proximo regnũ ali  
ud qd̄ sequit̄ ostendit. ipsis iã & a quib. amat̄ amarus ē. ipse ei  
ruine p̄dicant qd̄ amandus n̄ ē. Si enĩ ruinã sui domus  
quassata minaret̄. quisquis in illa habitat & fugeret. &  
qui stantẽ dilexerat. recedere quantõcius a cadente fes  
tinaret. Si igit̄ mundus cadit. Inos eũ amando amplex  
timur. opprimi uolum̄ potius quã habitare. quia nulla  
nos ratio a ruina illius separat. quos ei passionib. amor  
ligat. Facile ergo ē nunc iã cũ destructa omnia cer  
nimus.

animū nr̄m ab eius dilectione disiungere. sed hoc illo intēpore  
dificillimū fuit. quod tunc p̄dicare celoz regnū inuisibile  
mittebant. cū longe lateq. om̄s cernerent florere regna terra  
rum; Unde & diuncta sunt p̄dicatorib. sc̄is miracula. ut fidē  
uerbis darēt uirtus ostensa. & noua facerent. quinoua p̄dicarent.  
Sicut in hac eadē lectione subiungit; Infirmos curate. mortuos  
suscitate. leprosos mundate. demones eicite; Florente mundo. .VIII.  
crescente humano genere. diu in hac uita subsistente carne. exu  
berante rerū opulentia. quis . . . uitā esse aliā crederēt.  
quis inuisibilia uisibilib. p̄ferret. <sup>si</sup> sed ad salutē redētib. infir  
mis. ad uitā surgentib; mortuis. carnis munditiā recipientib.  
leprosis. ereptis a iure immundorū spirituū demoniacis. tot  
uisibilibus miraculis exactis quis non crederēt. quod de inuisi  
bilibus audirēt. Ad hoc quippe uisibilia miracula coruscant.  
ut corda uidentū ad fidē inuisibiliū p̄trahant. ut p̄ hoc qđ mi  
rū foris agit. hoc qđ intus ē longe mirabilius esse sentiat; .  
Unde nunc quoq. cū fidelīū numerositas excreuit. in tra scām  
ecclesiā multisunt qui uitā uirtutū tenent & signa uirtutū  
non habent. quia frustra miraculū foras ostendūt. si dē est  
quod intus operet. nā iuxta ministri uocē gentiū. lingue in  
signū sunt. n̄ fidelib. sed infidelibus; Unde & isdē p̄dicator  
egregius miluine ueniens & plenā infidelib. in sulā. sciens  
patrē publi desinterta febribusq. uexatū orando saluauit.  
Isc̄a p̄dicationis adiutorē timotheum ex infirmitate stomachi  
lasiscentē non uerbo curauit. sed medicinali arte dicta repa  
rat dicens; Modico uino utere prop̄ stomachū & frequen  
tes

tuas infirmitates; Qui ergo infirmū infidelē una p̄ce saluat: Cur  
egrotū sociū p̄ce non roborat? quia nimirū ille foris p̄miraculū fa-  
nandus erat: qui uiuus interior n̄ erat. ut p̄ hoc qđ potestas exterior  
ostenderat. hunc ad uitā interior uirtus animaret; Egrotantia uē  
fidelis socius exhibenda foris signa non fuerant. qui salubriter intus  
uiuebat. sed concessa potestate p̄dicationis concessis uirtutum  
miraculis. quid redēptor n̄r subiungit audiamus; Gr̄tis accepis-  
tis. gr̄tis date; <sup>dicebat</sup> Pre~~terea~~ nāq. nonnullos hoc ipsū donū accepti  
sp̄s in usū negotiationis inflectere. & miraculorū signa ad auari-  
tię obsequiū declinare; hinc ē enī qđ simon p̄ inpositionē manus.  
edita miracula concupiscens p̄cipere donū sp̄s pecunia uoluit. sci-  
licet ut deterius uenderet. qđ male cōparasset; hinc de tēplo re-  
demptor n̄r flagello de resticulis facto turbas iecit. Cathedras  
uendentium colūbas euertit; Colūbas quippe uendere ē impo-  
sitionē manus quas sp̄s accipit. n̄ ad uitę meritū sed ad p̄miū dare;  
Sed sunt n̄nulli. qui quidem nūmorū p̄mia ex ordinatione n̄c  
cipiunt. & tam sacros ordines p̄ humana gratia largiunt. atq.  
de largitate eadē laudis solūmodo retributionē querunt;  
Hi nimirū qđ gr̄tis acceptū ē. gr̄tis non retribuunt. quia  
de inpenso officio. sc̄itatis nummū a uotis expetunt; Unde  
bene cū iustū uirū describeret. p̄pheta ait; Qui excutit ma-  
nus suas ab omni munere; Neq. enī dicit. qui excutit manus  
suas a munere. sed ad ianxit ab omni. quia aliud ē munus  
ab obsequio. aliud munus a manu. aliud munus a lingua;  
Munus quippe ab obsequio ē. subiectio in debite inpenſa  
munus a manu pecunia. munus a lingua fauor; qui ergo

11 12  
sacros ordines tribuit. tunc ab omni munere manus excutit.  
quando in diuinis rebus non solū nullā pecuniarū. sed & iā hu  
manā gratiā n̄ requirit; Sed uos fr̄s km̄i quos secularis habitus  
tenet. cū que sint n̄ra cog noscitis. mentis oculos ad uia reuo  
cate; Cuncta ergo uos gratis agite. nolite operis ūri in hoc  
mundo retributionē querere. quē cū tanta iā cernitis uelo  
citate deffleisse; Cauete ne mala quoq; modo. ne bona pro  
tēporali retributione faciatis ipsū testē. ūri operis querite.  
quē iudicē sustinetis. 'occulta nunc esse bona ūra uideat.'  
ut ea retributionis sue tēpore in publico ostendat; Sicut  
carni ūræ ne deficiat q; bos cotidie p̄betis. sic mentis ūræ co  
tidiana alimenta bona sint opera. cibo corpus pascit. pio  
opere sp̄s nutriatur. quod morture carni tribuitis. uic  
ture in p̄petuū anime n̄ negetis. si quando enī repentinus  
ignis habitaculū adsumit. Quisquis ei possessor extiterit.  
rapit. quod ualuerit. & fugit. lucrū deputat. si quid secū  
exignib. tollat. ecce tribulationū flāma mundū concre  
pat. & cuncta que in eo speciosa uidebant. finis iā p̄ximū  
uelut ignis deuastat; lucrū ergo fr̄s km̄i maximū credite.  
si uobiscū aliquid de illo sapitis. si quid fugientes tollatis.  
si hoc quod perire remanendo poterat. ad retributio  
nē uobis p̄petuā largiendo seruatis. terrena quippe  
om̄a seruando amittim. sed bene largiendo seruam.  
cū uelocitate tēpora fugiunt; Ad uidendū ergo citius  
iudicē n̄r̄m quia cū magna inportunitate impellimur. et  
bonis actibus cum festinatione preparemur; h

N<sup>o</sup> ittepr. Ambulans ihs iuxta mare galilee. uidit  
duos fr̄s simonē quocat<sup>r</sup> petrus. I andrea fr̄m ei<sup>u</sup> mittente str̄gia  
sua in mare. erant enī piscatores; ET RELIQUA

OMELIA BEATI GREGORII PAPAE DE EADEM LECTIOE

I. Lec



U distis fr̄s km̄i quia ad unius iussionis uocē petrus & an  
dreas. relictis retib. secuti sunt redēptorē; Nulla uero  
hunc facere adhuc miracula uiderunt. nihil ab eo de p̄mio æ  
terne retributionis audierant. Itam̄ ad unū p̄ceptū dñi hoc qd  
possidere uidebant<sup>r</sup> oblitiscunt; Quanta nos ei<sup>u</sup> miracula uidimus.  
quot flagellis affligimur. quantis minarū asperritatib. de terre  
mur. Itam̄ uocantē sequi contēpnimus; In celo iā sedē. quide con  
uersione nos ammonē. iā iugo fidei colla gentiū subdidit. iam  
mundi gloriā scrauit. iā ruinis ei<sup>u</sup> crebrescentib. districti sui iu  
dicii pp̄nquitatē denuntiat. Itam̄ sup̄ba mens n̄ra n̄ uult hoc  
sponte deserere qd cotidie pdit in uita; Quid ergo fr̄s km̄i. qd  
in ei<sup>u</sup> iudicio dicitur sum<sup>u</sup> qui ab amore p̄sentis seculi nec p̄ceptis  
flectimur. nec uerberib. emendam<sup>u</sup>. sed for̄tasse aliqui tactis  
sibi cogitationib. dicat; Ad uocē dominicā uterq; iſte piscator  
quid aut<sup>u</sup> quantū dimisit qui pene nihil habuit. Sed in hac re  
fr̄s km̄i affectū debem<sup>u</sup> potius pensare quā censum; Multū  
reliquit qui nihil sibi tenuit. multū reliquit qui quālibet  
paruum. totū deseruit. Certe nos & habita cū amore possidem<sup>u</sup>.  
Tea que minime habem<sup>u</sup> ex desiderio querim<sup>u</sup>; Multū ergo



12 13  
petrus & andreas dimisit. quando uterq; & iā desideria habendi  
dereliquit. Multū dimisit quicū re possessā & iā concupiscen-  
tius renuntiavit; Asequentib; ergo tanta dimissa sunt.  
quanta a nonsequentib; concupisci potuerunt; Nemo igit̃  
& iā cū quosdā conspiciat multa reliquisse apud semē ipsū  
dicat; imitari mundi hui; contēptores uolo. sed quid relinquā  
n̄ habeo; Multa fr̄s relinquitis si desideris renuntiatis.  
exteriora enī n̄ ad dño quā libet parua sufficiunt; Cornāq;  
n̄ substantiā pensat. nec p̄ pendit quantū in eius sacri-  
ficio sed ex quanto p̄ferat̃; Nā si exteriorem substantiā  
p̄pendamus. ecce sc̄i negotiatores n̄ri p̄petuā angelo-  
rū uitā datis retibus & nauis mercatisunt; aestimatio  
nē quippe p̄ci n̄ habet. sed tam̄ regnū dī tantū ualet.  
quantū habes; Valuit nāq; dimidio zacheo substan-  
tię. quia dimidiū aliud ad hoc quod iniuste abstulit.  
resituendū in quadruplo reseruauit; Valuit petro  
& andree dimissis retibus. In nauis. Valuit uiduę duobus mi-  
nutis. ualēt alteri calicē aque frigide; Regnū itaq; dī  
ut diximus. tantū ualēt quantū habes; Pensate fr̄s quid  
uilius cū emit̃ quid carius cū possi detur. sed fortasse  
nec calix aque frigide suppet̃. qui indigenti p̄beatur.  
& iam tunc securitatē nobis p̄mittit sermo diuinus.  
Redēptori & enī nato. celi ciues ostensisunt qui clamare p̄;  
Gloria in excelsis dō. & in terra pax hominib; bonę uolan-  
tatis; Ante dī nāq; oculos numquā ē uacua manus  
amunere. si arcā cordis repleta ē bona uoluntate.

hinc & enī psalmista dicit; In mesunt dī uota que reddā laudationi tibi.  
 Ac si apte dicat; Et si exterius munera offerenda n̄ habeo. Intā me  
 m̄ ipsū tam inuenio qđ in aratuē laudis impono. quia quiniā datione  
 non pasceris oblatione cordis melius placaris; Nihil quippe offerēt dō  
 ditius. uoluntate bona; uoluntas autē bona ē. sic aduersā alteri sicut no  
 bis p̄timescere. sic de sp̄ritate pximi. sicut de nr̄o p̄fectu gratulari.  
 aliena dānā n̄ra credere. aliena lucra n̄ra deputare. amicū n̄ pp̄t mun  
 dū. sed pp̄t d̄m diligere. inimicū & iā amando tolerare; Nulli qđ pati n̄ uis  
 facere. nulli qđ tibi iuste impendi desideras negare; Necessitati pximi  
 iuxta uires succurrere. sed p̄desse & iā ultra uires uelle. Quid ergo isto  
 holocausto locupletius. quando p̄ hoc qđ immolat in ara cordis. ani  
 ma sem̄ ipsā mactat. Sed hoc bonę uoluntatis sacrificiū. nūquā ple  
 ne p̄soluit. nisi mundi hui' cupiditas p̄fecte deserat; Nā quicquid in eo  
 concupiscimus. hoc p̄cul dubio pximis inuidem; Uidet̄ & enī quano  
 bis desit. qđ alter adsequit̄; In quā sēp inuidia a bona uoluntate discor  
 dat. max ut hec mentē ceperit. illa discedit; Unde p̄dicatores sc̄i.  
 ut possint pximos p̄fecte diligere. studēt̄ in hoc sc̄lo. nihil amare.  
 nihil unquā appetere; Quos bene x̄saias intuens ait; Qui sunt isti  
 qui ut nubes uolant. In quasi colū bę ad fenestras suas. uidit quippe eos  
 terrena despiciere. mente celestib. p̄p̄quare. uerbis pluere. mi  
 raculis coruscare. & quos a terrenis contagis & sc̄a p̄dicatio & sublimis  
 uita suspendat. aues hos uolantes. parit̄ & nubes appellat; Fenestre  
 autē n̄re sunt oculi. quia p̄ ipsos anima respicit. quod exterius concupiscit;  
 Colūba uero simplex ē animal atq. a malitia fellis alienū; Quasi colū bę  
 ergo ad fenestras suas sunt. quia nihil in hoc mundo concupiscunt.  
 quia om̄a simplici c̄t aspiciunt. In his que uident rapacitatis sc̄ud̄ cōtrahunt.

13 14  
At contra miluus & n̄ colūba ad fenestras suas ē. qui ad ea que oculus con-  
siderat rapine desiderio anhelat; Quia ergo fr̄s km̄i beati andree apti-  
naxalicia celebram⁹. debemus imitari quod colim⁹; Ostendat nr̄e obse-  
quium deuotionis inmutate sollemnitas mentis. despiciamus que ter-  
rena sunt relicta tēporalib. mercemur æterna; Si autē nec dū possum⁹  
relinquere propria. saltim n̄ concupiscam⁹ aliena; Sine dū mens nr̄a  
accendit̄ igne karitatis. in ambitione sua habeat frenū timoris. ut pro-  
fectus sui passib. uegetata dū ab alienorū appetitu cōpescitur. quandoq.  
ad ppria contemnēda pducatur;

**Lectio sci euangē sed mattheū.**

**I**n ill tēp̄. Cū audisset iohannes in uinculis opera xp̄i. mittens duos  
discipulis suis ait illi; Tu es qui uenturus es an alium expectam⁹?

**O melu beati gḡ pape.**

**ciusdem**

**Q**uerendū ē nobis fr̄s km̄i iohannes ppheta & plusquā ppheta.  
qui uentē ad baptis madn̄m ostendit dicens. Ecce agnus di-  
ecce qui tollit peccata mundi. Qui & humilitatē suā & diuinitatis ei⁹  
potentiā considerans dicit. Qui ē de terra. de terra loquit̄ & de terra  
est. qui autē de celo uenit. sup om̄s ē. Cur in carcere positus mittens dis-  
cipulos requirit. Tu es qui uenturus es an aliū expectam⁹. tāquā  
si gnorē quē ostenderat. & an ipse sit nesciat quē ipsū esse pphetan-  
do baptizando ostendendo clamauerat; Sed hec citius questio sol-  
uitur. si geste rei tēpus & ordo pensat̄; Ad iordanis enī fluenta posit⁹  
quia ipse redēptor mundi esset adseruit. missus uero in carcere an  
ipse ueniat requirit. non quia ipsū esse mundi redēptorē dubitat.  
sed querit ut sciat si ipse in mundū uenerat. p se & iā ad inferni

+

claustra descendat. ut quē & iā p̄currenti mundo nuntiauerat. hunc mori  
 endo ad inferos p̄currere debeat. ait. Ergo, Tu es qui uenturus es analiū  
 expectam<sup>us</sup>. ac si apte dicat; Sicut p̄ hominib. nasci dignatus es. an etiam  
 mori p̄ hominib. digneris insinua. ut qui nati uirtutis tuę p̄cursor exstiti.  
 mortis & iā p̄cursor fia. & uenturū inferno te nuntiem quē iā uenisse  
 mundo nuntiaui; Unde & inquisit<sup>us</sup> dñs. enumeratis potentie sue mira  
 culis. de mortis sue p̄tinus humilitate respondit dicens; Ceci uident.  
 claudi ambulant. Lepsi mundant<sup>ur</sup>; Surdi audiunt. mortui resurgunt.  
 pauperes euangelizant<sup>ur</sup>. Ibea<sup>t</sup> qui n̄ fuerit scandalizatus in me; Uisit  
 tot signis tantisq. uirtutib. non scandalizari quis potuit. sed ammirari.  
 sed infidelium mens graue in illo scandalū p̄tulit. cū eū & post tot mira  
 cula morientē uidit; Unde & paulus dicit; Nos autē p̄dicam<sup>us</sup> xpm cru  
 cifixum. iudeis quidē scandalū. gentib. autē stulticiā. Stultū quippe  
 hominib. uisū ē. ut p̄ hominib. auctor uitę morerēt<sup>ur</sup>. & inde contra eū  
 homo scandalū sūpsit. unde etiam plius debitor fieri debuit. Nā tanto  
 dñs ab hominib. dignius honorandus est &. quanto p̄ hominib. & indigna  
 suscipere<sup>t</sup>; Quid ē ergo dicere. bea<sup>t</sup> qui n̄ fuerit scandalizat<sup>us</sup> in me. nisi  
 aperta uoce abiectiōne mortis sue humilitatēq. signare; Ac si apte dicat;  
 Mira quidē facio. sed abiecti appeti non dedignor; quia ergo moriendo  
 te subsequor. Cauendū ualde ē hominib. ne in me mortē despici  
 ant. qui signa uenerant<sup>ur</sup>; sed dimissis iohannes discipulis. quid dē eodē  
 iohanne turbis dicat. audiam<sup>us</sup>; Quid existis uidere in deserto arundi  
 nē. uento agitātā. qđ uidelicet n̄ assērendo. sed negando intulit;  
 Arundinē quippe <sup>ut</sup> max<sup>ime</sup> uia contigerit in partē flectit; & quid parun  
 dinē. nisi carnalis animus designat<sup>ur</sup>. qui max<sup>ime</sup> fauore t̄ detractione  
 tangit. in partē quālibet inclināt<sup>ur</sup>; Si enī ab humano ore aura fauoris

II

III

14. 45  
flauerit. hilarescit. extollitur. totumq; se quasi ad gratiā inflectit;  
Sed si inde uentus detractionis eruperit. unde laudis aura uenie-  
bat. max hunc quasi in partē alterā ad uim furoris inclinat;  
Sed arundo uento agitata iohannes n̄ erat. quia hunc nec  
blandū gratia nec cuiuslibet ira asperū faciebat. nec pro-  
spera hunc erigere. nec aduersa nouerant inclinare; Arundo ergo  
agitata uento iohannes non erat. quē ab status sui rectitudine nul-  
la rerū uarietas inflectebat; Discam igit̄ fr̄ km̄ arundo uento  
agitata non esse. soli demus animū inter auras linguarū positū.  
sicut inflexibilis status mentis. nulla nos detraçtio ad irā puocet.  
atq; ad remissionē inutilis gratiæ nullus fauor inclinēt; n̄ nos  
prospera leuent. n̄ aduersa perturbent. ut qui in soliditate figimur  
fidei. nequaquā rerū transeuntium mutabilitate moueamur;  
Adhuc aut̄ de eius ex̄p̄sione subiungit̄; Sed quid existis uidere inde-  
serto hominē mollib. uestitū. ecce qui mollibus uestiunt̄. in do-  
mibus regū sunt; Camelorū & enī pilis ut scitis uestitus iohannes  
fuisse describitur; & quid ē dicere. ecce qui mollib. uestiuntur.  
in domib. regū sunt. nisi apta sentia demonstrare. quia n̄ celesti  
regi sed terreno militant hi p̄ dō p̄ peti aspera fugiunt. sed solis ex-  
teriorib. dediti p̄ sentis uitæ molliem & delectationē querunt;  
Nemo ergo existimēt influxu atq; in studio uestiū peccatū deesse.  
quia si hoc culpa non esset. nullo modo iohannē dñs de uestim̄ti  
sua asperitate laudasset & si hoc culpa non esset. nequaquā p̄ & rus  
ap̄t̄s p̄ epistolā feminas aptiosarū uestiū appetitu cōpesceret  
dicens. non in ueste p̄ciosa; Pensate ergo quē culpa sit hoc & iā

uiros appetere a quo curauit pastor eccl<sup>e</sup> & feminas phibere. quāuis  
hoc qd̄ iohannes n̄ esse uestitus mollib. dicit̄. Per significationē intel  
legi aliter potest. mollib. enī uestitus n̄ fuit. quia uitā pec  
cantiū blandimentis n̄ fouit. sed uigore asperere in uectio  
nis increpauit dicens; Genimina uiperarū quis demonstrauit uo  
bis fugere a uentura ira. unde Ipsalomonē dicit̄; Uerba sapi  
entiū quasi stimuli & sicut clauis in altū defixi. Clauis quippe atq;  
stimulis sapientiū uerba comparant̄. quia culpas delinquentiū  
nesciunt palpare sed pungere. Sed quid existis in deserto uidere  
pphetā. & iā dico uobis plus quā pphetā. Prophete quippe misse  
riū est uentura dicere. n̄ etiā demonstrare; Iohannes ergo plus  
quā pphetaē quia eū quē p̄currendo pphetauerat. etiā ostenden  
do nuntiabat; Sed quia harundo uento agitata esse denegatur.  
quia n̄ eē uestitus mollib. dicit̄. quia ppl̄. etc. nom̄ huic impar  
esse phibet̄. iā quid digne possit audiam. sequit̄; hic ē de quo  
scriptū ē; Ecce ego mitto angelū meū ante faciē tuā. qui p̄pa  
rabit uia tuā; quod grece angelus hoc latine nuntius dicitur.  
Recte ergo qui nuntiare sup̄nū iudicē mittit̄. angelus uocat̄.  
ut dignitatē seruē in nomine quā ex pl̄ & operatione. altū qui  
dem nomē sed uita nomine inferior non ē. utinā fr̄s km̄i n̄ ad  
iudiciū nr̄m dicamus quia om̄s qui sacerdoti nomine censent̄.  
angeli uocant̄. ppheta attestante qui ait; Labia sacerdotis eius  
todiem scientiā & legē requirent ex ore ei. quia angelus d̄ni  
exercitūū ē. sed huius altitudinē nominis & iā uos si uultis potes  
tis mereri. n̄ unusquisq. ur̄m in quantum sufficit. in quantum gratiā

15. 16  
supne aspirationis accepit. si prauidate proximū reuocat. si exor-  
tari ad bene operandū curat. si eternū regnū t̄ suppliciiū erranti  
denuntiat. cū uerba scē annuntiationis inpendit. p̄fecto angelus  
exstitit. In modico ammonere n̄ sufficio exortari idoneus  
non sū quantū potes exhibe. uemale seruatiū qđ accepit in  
tormentis exigat. neq. enī plusquā talentū acceperat. qui  
hoc abscondere magis studuit quā erogare. T̄ scim⁹ quod in taber-  
naculo n̄ solū phiole. sed p̄cipiente dño etiā cyati facti sunt;  
Per phioles quippe doctrina exuberans. p̄ cyatos uero parua  
atq. angusta scientia designat. alius doctrina ueritatis ple-  
nus audientiū mentes inebriat. p̄ hoc ergo quod dicit. p̄fec-  
to phiolā porrigit. alius explere quod sentit n̄ ualet. sed  
quia hoc utcūq. denuntiat. p̄fecto p̄ cyatū gustū p̄bet;  
In dī ergo tabernaculo id ē in scā ecclā positi. si p̄ doctrine  
sāpientiā ministrare phioles minime potes. in quantū  
p̄ diuina largitate sufficitis. p̄ximis ur̄is boni uerbi cyatos  
date. In quantū uos p̄ficisse pensatis. & iā alios trahite in uia  
dī habere socios desiderate. Siquis ur̄m fr̄s ad forū aut for-  
tasse ad balneū p̄git. quē otiosū esse considerat. ut secū ue-  
niat inuitat. ipsa ergo terrena actio uos ur̄a conueniat.  
T̄ si ad dīm tenditis curate ne ad eū soli ueniatis; hinc enī scrip-  
tū ē; Quia uidit dicat ueni; ut qui iā in corde uocē supni  
amoris acceperit. foras & iā p̄ximis uocē exortationis  
reddat & fortasse panē ut indigenti elemosinā porrigat  
non habet. sed maius ē qđ tribuere ualet qđ linguā habet.  
plus enī ē uerbi pabulo uicturā in p̄petuo mentē reficere.

quã uent rē morture carnis terreno pane satiare; Nolite ergo fr̄s proximis ur̄is elemosinã uerbi subtrahere. mecũ uos ammo neo ab otioso sermone parcamus inutiliter loqui declinemus. in quantũ reniti linguæ p̄ualem̄. inuentũ uerba non deflu ant cũ iudex dicat; Omne uerbũ otiosũ quod locuti fuerint homines reddent rationẽ deo in die iudicii; Otiosũ quippe uerbũ ẽ quod aut utilitate rectitudinis aut ratione iuste ne cessitatis carã; Otiosa ergo colloquia ad edificatiõis studiũ uertite quã celerrime hui' uite tẽpora fugiant. Considerate quã districtus ueniat iudex attendite hunc ante oculos cor dis ur̄i ponite. hunc pximorũ ur̄orũ mentib. intimate. ut in quantũ uires suppetunt. si ad nuntiare eũ non neglege tis uocari ab eo angeli cũ iohanne ualeatis;

*LECTIO SEI EUANG. SECUNDI IOHANNEM*

I. loc

**I**n illi tẽp̄. Miserunt iudei ab hierosolimis sacerdotes & leuitas ad iohannẽ. ut interrogarent eũ tu quis es.

